

1510 dicembre 3, Verola Alghise.

Testamento del prete don Zaccaria de Bayzonibus <cappellano dell'altare e della compagnia di San Nicola da Tolentino nella chiesa di San Lorenzo di Verola Alghise>.

Brescia - Archivio di Stato: Notarile Brescia, filza 354, notaio Tonino Grena.

Ediz.: inedito.

(revis.: T.C., 12.2008)

¹ 3 decembris

Testamentum Reuerendi domini presbiteri Zacharie de bayzonibus

IN xpisti nomine amen. Cum in omnibus rebus humanis nihil sit certius morte nihilque Incertius hora mortis: omne namque quod est genitum tendit ad Interitum Ideoque Ibi Reuerendus dominus presbiter Zacharias de bayzonibus quondam domini Iohannis {habitor virolealgi-sij}^m mente et Intellectu sanus lizet corpore languens cupiens suum condere testamentum nuncupatiuum sine scriptis et saluti anime eius prouidere ac etiam rerum et bonorum suorum mobilium et Immobilium disponere et ordinare ne post eius obitum aliqua lis oriri possit Inter posteros suos In hunc modum et formam facere procurauit videlizer²

[1] Inprimis quidem animam suam omnipotenti deo eiusque gloriose³ Virgini matri marie ac sancto Laurentio martiri et sancto Nicolao de Tolentino omnibusue sanctis celestis exercitus deuote et pie comendauit

[2] Item Iure legati reliquit Iacobino filio-quondam petri de la Albertina de burno Vallis camonice eius nepoti ducatos octo de bonis Ipsius domini testatoris et vltra dictos ducatos octo omnia bona tam mobilis quam Immobilia sibi⁴ testatori spectantia et perti[ne]ntia existentia in dicta terra de burno et eius territorio cum hoc tamen quod dictus Iacobinus non possit neque valeat vend[ere] nec aliqualiter alienare aliqua bona stabilia existentia in dicta terra et territorio de burno: et casu quo dictus Iacobinus decederet sine⁵ heredibus ex se legitime descendentibus et de legitimo matrimonio natis tunc et eo casu⁶ dictus dominus testator vult et Iubet dicta bona remanere et esse debere poste⁷ eius mortem parochialis ecclesie⁸ sancti Martini dicte terre de burno

[3] Item dicto Iure legati reliquit consortio discipline sancte Marie Virolealgisij vnum plumatium cum duobus linteaminibus In remedio anime sue

[4] Item Iussit dictus testator dari debere per Infrascriptos eius heredes uel heredem Comine olim ancille quondam domini Iohannis Alberti eius fratris quartas tres fabe et quartam vnam milei de bonis Ipsius testatoris

[5] Item Iussit et voluit dictus dominus testator quod debita facta⁹ tam¹⁰ per dictum quondam dominum Iohannem Albertum eius fratrem quam per Ipsum testatorem soluantur et solui debeant de bonis Ipsius testatoris ||

¹ Nel margine in alto a sinistra: «extracto in libro d. a-folio 203 />

² La numerazione degli articoli è redazionale.

³ Segue: «beate Marie», cancellato.

⁴ Segue: «spectantia», cancellato.

⁵ Segue: «sr», cancellato.

⁶ Corretto da: «casus».

⁷ Scil.: «post».

⁸ Segue: «dicte ter», cancellato.

⁹ Segue: «per», cancellato.

¹⁰ Segue: «Io:», cancellato.

[6] *In omnibus autem alijs suis bonis mobilibus et Immobilibus Iuribus et nominibus debitorum maxime in liuellis presentibus et futuris sibi heredem seu heredes vniuersales Instituit et esse voluit Scolam et congregationem sancti Nicolai de torentino seu Capellam et altare structum et fabricatum sub titulo et nomine dicti sancti Nicolai de torentino In ecclesia sancti Laurentii dicte terre Virolealgisij cum hoc tamen quod fieri debeat per dictam congregationem de bonis tamen ipsius testatoris vnum depositum seu monumentum ante dictum altare In quo corpus ipsius domini testatoris reponi debeat necnon et corpora fratrum et sororum dicte congregationis sancti Nicolai per futura tempora*

Item Iussit et voluit dictus testator hoc esse suum vltimum testamentum et suam vltimam voluntatem quod et quam valere voluit Iure testamenti et vltime voluntatis et si non valeret aut valere possit Iure testamenti et vltime voluntatis vult Iubet et mandat valere Iure codicilli uel codicillorum seu donationis causa mortis. Et omni alio meliori modo etc

Actum fuit et publicatum presens testamentum per suprascriptum dominum testatorem existentem in eius lecto sito In domo Dominici de luchinis in castro dicte terre Virolealgisij districtus brixie in contrata sancti Laurentii. anno domini nostri yesu xpisti anatiuitate eiusdem millesimoquingentesimo decimo Indictione tertiadecima die tertio mensis decembris circa horam secundam noctis dicti diei presentibus venerabili viro domino presbitero Antonio de dominis beneficali prepositure dicte ecclesie sancti Laurentii¹¹ Magistro Andrea quondam Magistri Bertolini de pontolio Magistro Vberto chiauario Magistro Iohanne quondam Gidini de boschettis Matheo de ritijs dicto Bornino Francisco dicto Spagnolo de caluisano et Bernardino filio dominici scarpelli omnibus habitatoribus dicte terre Virolealgisij testibus etc Assistentibus sese cognoscere suprascriptum dominum testatorem et me notarium Infrascriptum

de quibus omnibus et singulis suprascriptis rogatus sum ego Toninus de grena notarius publicum conficere Instrumentum ad laudem viri sapientis.



TRADUZIONE

Testamento del rev. prete don Zaccaria Baizoni

Il reverendo prete Zaccaria Baizoni del fu signor Giovanni, residente in Verola Alghise, nel pieno possesso delle sue facoltà mentali, benché gravemente malato...

1. Anzitutto ha devotamente raccomandato la sua anima a Dio onnipotente, alla sua gloriosa Vegine Madre Maria, a san Lorenzo martire, a san Nicola da Tolentino, e a tutti i santi dell'esercito celeste.
2. Ha lasciato a titolo di legato a Giacomino del fu Pietro della Albertina di Borno in Valcamonica suo nipote 8 ducati dai beni del testatore, e oltre agli 8 ducati, tutti i beni mobili e immobili spettanti al testatore esistenti nel paese di Borno e nel suo territorio, con la condizione che il suddetto Giacomino non possa vendere né in alcun modo alienare i beni stabili esistenti nel paese e nel territorio di Borno. In caso che Giacomino morisse senza eredi da lui legittimamente discendenti e nati da legittimo matrimonio, allora il testatore dispone che i suddetti beni debbano rimanere dopo la sua morte alla chiesa parrocchiale di San Martino del paese di Borno.
3. Ha lasciato al consorzio della disciplina di Santa Maria di Verola Alghise un piumazzo con due lenzuola, in suffragio della sua anima.
4. Ha disposto che i suoi eredi debbano dare a Comina già domestica del defunto signor Giovanni Alberto suo fratello 3 quarte [= Lt 36,48] di fave e una quarta [= Lt 12,16] di miglio dai beni del testatore.
5. Ha disposto che i debiti fatti sia dal defunto signor Giovanni Alberto suo fratello, sia dallo stesso testatore debbano essere saldati dai beni del testatore.
6. In tutti gli altri suoi beni mobili e immobili, diritti e nomi di debitori e soprattutto nei livelli presenti e futuri ha istituito suo erede universale la scuola e congregazione di San Nicola da Tolentino, ossia la cappella e l'altare edificato sotto il titolo di San Nicola da Tolentino nella chiesa di San Lorenzo del paese di

¹¹ Segue: «de Virolaalgisij», cancellato.

Verola Alghise, con la condizione che la suddetta congregazione debba fare, con i beni del testatore, un monumento funebre davanti all'altare, nel quale dovrà essere deposta la salma del testatore, nonché le salme dei fratelli e delle sorelle della congregazione di San Nicola per il tempo futuro.

Il testatore infine ha disposto che questo sia il suo ultimo testamento...

Il presente testamento è stato dettato e legalizzato dal signor testatore che si trovava nel suo letto in casa di Domenico Luchini nel Castello del paese di Verola Alghise, distretto di Brescia, in contrada di San Lorenzo, nell'anno dalla Natività del Signore 1510, indizione 13^a, 3 dicembre, verso le ore 8 di sera. Presenti i seguenti testimoni: venerabile prete don Antonio Donini beneficiario della prepositura della chiesa di San Lorenzo, maestro Andrea del fu maestro Bertolino da Pontoglio, maestro Uberto Chiavario, maestro Giovanni del fu Ghidino Boschetti, Matteo Ricci detto Bornino, Francesco detto Spagnolo da Calvisano e Bernardino di Domenico Scarpelli, tutti residenti in Verola Alghise. ...

Di tutto ciò io Tonino Grena notaio sono stato richiesto di stilare un atto pubblico in forma legale.